

ostendit ei dn̄s· quod posset eundē umbraculū habere· quē p̄buit
moysi cū pp̄lo suo· ꝑ xl· annos· Seu ꝯ iā usitatissimū genus locuti
onis dī ꝑnubē ad electos suos· ut ad iob· ꝯ ad ipsū moysen· quia
ꝑnubē designatur lene blandimentū· Et ecce uox de nube dic̄s·
Quia petrus nihil racionis dixerat· non meretur responsionē· sed
pater respondet ꝓ filio· ꝯ docet ꝯ ipsos ap̄los· ꝯ ꝑ illos reliquos·
quia is sit filius eius non ad optiuus sed ꝓprius· ꝯ illi soli figendū
est tabernaculū· illi obtemperandū· ꝯ ab ap̄lis· ꝯ a moyse · ꝯ ab
helia· Hic ē filius meus dilectus· in quo mihi cōplacui· ipsū audite·
Et hoc retinendū· quia sic̄ in baptismo trinitas· sic ꝯ iā in monte
ostensa ē· Et audientes discipuli ceciderunt in faciē suā· ꝯ timuer̄
ualde· Non ē mirum si discipuli timent ualde· quia uiderunt dn̄m
glorificatū sup̄ humanā formā· ꝯ quia dī patris audierunt uocē
ꝑ subiectā creaturā· ꝯ quia nubes tetigerant eos· ꝯ iā tunc er
rasse se cognouerant· Et accessit ih̄s· ꝯ tetigit eos· Ysus humanę
conditionis ē cū aliquid sup̄ se uiderit timore affici· sed iterū ꝑ
uocē ꝯ actū recreari· Quod ꝯ in danihele legimus· ꝯ in hezechi
ele· Igitur quia ꝓ sup̄na uoce ꝯ actione deiecti iacebant· recre
antur a consueta uoce ꝯ tactu humano· Nolite timere· Ad ues
tram instructionē ista om̄a facta s̄· et n̄ ad defectionē uestram·
Electorū ē in faciē cadere· ꝯ reproborū in dorsū· Ut in passione de
ꝑsecutorib; dn̄i· Leuantes aut̄ oculos suos· neminē uiderunt· nisi
solū ih̄m· Cum patris uox coepit filiū cōmendare· serui disces
serunt· Et cū surgunt· non uident aliū nisi dn̄m· ne uox quę so
nuerat· ad aliū putaretur facta· nisi ad ipsū· Tipice post quā
xp̄s apparuit· non fuit necessaria legis umbra· uel uaticinatio
ꝓphꝯalis· Et descendentib; illis de monte· p̄cepit ih̄s dic̄s· Nemini
dixeritis uisionē· Non uult ut p̄dicentur quę in monte uiderant

Uox de nube

hic ē filius meus dil

Accessit ih̄s tetigit eos

Nolite timere

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Weiterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm14066/0217